

## Nro. IV.

### H i s t o r i a

# Friderici IV. et Maximiliani I.

a b

**J o s. G r ü n b e c k.**

Um Jahre 1721 wurde zu Tübingen von J. J. Moser eine sehr schlechte deutsche Uebersetzung (oder zweyte Ueberarbeitung) dieses Werkchens herausgegeben, das Original, aus dem Manuscrite des K. K. geh. Haus-Archives (in K. Fol. 85 Bl. Papier), ist diese gegenwärtige lateinische Geschichte \*).

Siehe übrigens über Grünbeck: Österreichische Zeitschrift f. Gesch., 1887, Nr. 27, S. 105. Note.

Ad diuum Karolum Burgundionum faustissimum principem Austriaeque archiprincipum decus et ornamentum epistola proemialis in Friderici terci Romanorum imperatoris historiam per Josephum Gruenpeckhium presbiterum noricum.

Non ab re maiores nostri, diue Karole, vnicum ingenue iuuentutis decus et ornamentum Austriaeque archiprincipum translucida gemma, poetas et historiographos et quicquid est id genus scriptorum simile summo beniuolentiae studio, et prope aeterna mercede prosecuti sunt, nisi quia se tetterime morti, suaque et grauiter et splendide gesta, caduce fragilitati atque inde obscure obliuionis obnoxia animaduertentes, sibi persuaserunt, eiuscmodi diuinorum opificum ingenii facile posse immortalitatis et laudem et gloriam consequi, quo pacto apud Grecos Achilles ab Homero ita est litteris exsculptus, quod, quamquam vitam istam lubricam et mortalem ante duo fere annorum milia reliquerit, tamen nihilominus hodie videtur viuere et tamdiu victurus est, quoad studia litterarum extabunt, sic Aeneas Troianus apud Latinos Virgilii opera, Fabii, Maximi, Lelii Sci-

\* Welches mit ziemlich flüchtigen Federzeichnungen versehen ist, und wozu R. Maximilian hier und da Bemerkungen am Rande angebracht hat. Dieselben sind hier angegeben und beschrieben. Das Manuskript ist wahrscheinlich Grünbecks Autographon.

piones et alie clarissime familiae Titi Liuli, Octauius Augustus Suetonii artificiis viuunt, nec vnquam virtutum suarum vitam amittent, donec mundus in interitum collapsus fuerit. Quamobrem septem ciuitates contenderunt de Homeri origine: queque suum ciuem esse voluit, et cum Alexander Magnus in sygeo ad Achillis tumulum astisset, ingemiscens dixisse fertur, o fortunate adolescens, qui tue virtutis Preconem Homerum inueneras; Darius quoque rex Persarum quanti Homerum fecerit, ex hoc facto appetat, quod scrinium auro gemmis et margaritis preciosum inter spolia Persarum captum, librorum Homeri custodie dapi precepit, sic Augustus maluit, ut veneranda legum maiestas tota interiret, quam Virgilii codices, quos testamento cremandos statuerat, deperirent, prior etiam Africanus Quintum Ennium in tantum dilexit, quod statuam eius sepulchro suo imponi, ino vero spolium ex tercia orbis parte raptum in cinere supremo cum poete titulo legi iussit, vnde Themistocles cum rogaretur, cuius vocem libentissime audiret, respondit, a quo sua virtus optime predicaretur, et sane nullam virtus aliam mercedem laborum (Cicerone teste) periculorumque desiderat, preter hanc laudis et glorie, qua quidem detracta, quid est, quod mortales se multis periculorum discriminibus exponunt, hoc profecto Maximilianus Caesar annus tuus clarissimus sedulo animo complectens, res cum suas, tum maiorum suorum, summis impensis congeri curat, plerasque sua manu exequitur. At magnitudine distractus negotiorum, cum nequeat omnia execucione complecti, hanc mihi iniunxit provinciam, ut quantum vel dictorum vel factorum parentis sui Friderici terci Romanorum imperatoris et nonnullorum aliorum de familia sua, congerere possem, idipsum litteris mandarem, et quamvis hand sum tante eruditionis, doctrine et eloquentiae, ut rem tantam erudite compte grauiterque (ceu historiae scribi debent) perficere queam, nam et inulti sermonis scabricies, stili ruditas, sentenciaruinque inepcie, quibus hec historiae contexte videbuntur, legencium animos facile deterrebunt. Tamen cum innúmeri solent esse historiographi et non omnium historicie redolent istam Virgilianorum flosculorum fragranciam, nec omnes madent isto Liuiano lacteo eloquacie liquore Suetonianave impregnatae grauitate translucent, insuper nullus hac nostra etate scriptorum, sit historicus, poeta, orator, philosophus, mathematicus aut quiuis alius, erroris maculas ita hactenus effugere potuit, ut non succubuerit obtrectacionum veneno. Nempe et Philephus, Marsilius Ficinus, Angelus Policianus, Cristoferus Landinus, Picus Merandulanus et plerique alii doctissimi viri, si hodie ab inferis reuocarentur, lucubrationes suas inspicherent, omnibus reprehensionis sordibus communica-

latos, pretero silencio nostros Germanicos poetas, qui se mutuis conuiis prope discerpere solent. Sed quid hec commemoro, Titus Liuius Suetonius et apud nostros Diuus Iheronimus Augustinus et Ambrosius hoc reprehensionis toxico consciuntur, quomodo ego media in barbarie agresti Noricorum solo oppido Burckhausen nomine et situ obscurus natus, emulorum et irrisorum virus euitare potero. Verum quidem, qualescumque fuerint in me contorti ludibriorum mucrones, haud magnopere curabo, dummodo Caesari simplici verborum contextu, compendiosaque gestorum narracione respondero, eius inquam clemencia fretus et tue preclarissime indolis humanitati innixus, quicquid ab principibus abauis, auis et parentibus tuis, vel domi vel milicie egregie gestum et eorum contemporaneorum relacionibus et literarum monumentis ediscere valui, idipsum paucis capitibus sub tuo nomine exarare incipiam, imprimis autem Maximiliani Caesaris vitam depingam, cui quidem cum pluribus annis a secretis fuerim, eins mores verba et facta certius etiam conscribere possum, ut auitis paternisque exemplis, rerum splendore et magnitudine excitatus, adiutus et exaggeratus, eo perducaris, ubi ista preclara de te phama increbescat, Karolum omnium Burgundionum Austriaeque archiprincipum decus, non solum militari disciplina, sed omnium ingenuarum artium litteris cunctis antecollere, si hanc gloriam que ex talium rerum amplexu emergi solet, tibi ducem proposueris, in eamque totis viribus incubueris, aeternitas ipsa haud fastidiet et te, et prolem tuam, vlnis suis usque in aeui finem confouere et conservare. Vale principum decus et ornamentum, iterum vale.

### De prosapie maiorum Friderici tertii Romanorum imperatoris Maximilianeque primi origine.

(Erste Federzeichnung. Die Ruine einer Burg an einem vorbeieilenden Strom, am gegenüberstehenden Ufer sitzt ein Mann (d. Kaiser) unter einem Baume, auf dessen Westen sich acht von den Ahnen befinden.)

Prosapiae maiorum auiti paternique generis tui originem, e vetustissimis nobilissimisque familiae emanasse constat, que autem fuerint iste familiae, diuersitas autorum prope in ambiguum trahit, eas nempe alii contendunt Fabiorum et Maximorum esse reliquias, alii Caesaris dictatoris stirpem, caeteri Allobrogum regum propaginem, affirmant autem regia ornamenta nominis et maiestatis decus, fluxibili fortune et temporum decursu comitum in sortem defluxisse, atque\*)

\*) Der Anfang dieses Capitels ist durchstrichen.

inde sub Hasbergiorum nomine centum lustra conquievisse, verum quidem virtutum rursum et rerum excellenter gestarum foecunditate effectum \*), ut nedum regum sed summum etiam Caesarum apicem concenderint, nam et Fridericus tertius Romanorum imperator, et Maximilianus primus clarissima inde effulserunt sidera, tamen quicquid id est, quod iners curiositas, in regiarum genealogiarum originibus deriuandis ingerere solet, vel difficultatis, vel ambiguitatis, id ipsum haud magni pendo, dummodo certissimis et litterarum et marmorum testimoniiis probari possit, te a ducentis annis haud aliis progenitoribus, quam principibus, regibus et caesaribus generis seriem protrahere, hinc igitur facile effici potest, ut siue virtutis siue fortune ratio habita fuerat, tam vetustate quam nobilitate sis Germanorum principum facile primus et sane si solo Friderico imperatore (posthabitibus omnibus preclarissimis maioribus) illustrareris, par lumen inter principes non facile adepturus essem, vnde imprimis quibus Fridericus tertius Romanorum imperator, caeteros inter caesares, luxerit virtutibus, elegantibus moribus excellentibusque rebus gestis, sapiencia et industria, paucorum capitum compendio complectar, ab eius deinceps virtutum et rerum gestarum splendidissimis imaginibus (si vita comes fuerit) Maximiliani caesaris morum et vite specula deducam, inicium a Friderici imperatoris \*\*) et suys nobilissimis progenitoribus pretesta nauando.

### De Friderici tertii Romanorum imperatoris gestorum initiosis.

(Zweite Federzeichnung. Ein großer Saal, Erbh. Friedrich steht in der Mitte der sieben Thürfürsten, neben ihm ist ein gedeckter Stuhl, worauf die Krone, das Szepter und das Schwert angelehnt sind; von Außen das zuschende Volk.)

Fridericus tertius Romanorum imperator Ernesti archiducis Austriae filius mox ineunte pueritia virilem animum eamque in vultu constanciam et moribus grauitatem preseferre coepit, ut mox etiam inmatura etate, precox imperii fascibus iudicaretur, concedente quoque tum fatis Alberto Romanorum rege, vixdum vno imperiali in culmine pede firmato, cunctis suffragiis electorum in locum suffectus adolescens imperium primo regiminis sui tempore, multis egregiis exornauit facinoribus atque ita e ruina, in quam superiorum imperatorum incuria defluxerat, in integrum restituit, ut prope ad pristinam

\*) Um Rand steht: Theurdank vero quid.

\*\*) Die durchschossenen Worte sind am Rande des Manuscripts geschrieben.

et gloriam et auctoritatem redactum conspici potuisset. [\*) Deuociones juueniles cepit ex spiritu angelico suo] peregrinationem Iherosolitanam fauste et summa cum gloria perfecit. Gustatis autem hoc modo laboriose peregrinacionis miseriis, sive eas ipsas erumnas deuitare, sive principatum et fortunas suas prolis foecunditate vel augere vel stabilire intenderit, cum occasionem nactus tum simul vberem et foelicem propaginem, ex Leonora Eduardi regis Lusitanie filia auspicatus, eam duxit uxorem, ex qua illico etiam quinque suscepit liberos, at illa duobus solum Maximiliano et Kunegunda superstitibus nimia (ut quidam coniectati sunt) abstinencia [\*\*) et aliquali naturali] stomachi vicio, florida in estate e vita excessit, que res imperatori occasioni fuit in coelibatu permanendi, sive quod sedandis reipublicae motibus, tum publicis tum priuatis factionibus que paulopost in imperio subsecute sunt, et fortune aduersis incursibus a ceruice propria repellendis, haud satis otii secundis nupciis suppeterem potuerit, tametsi tante turbationum tempestates eius in principatum crassate sunt, quod et portentum e coelo calamitasque palam et predicate et credite sint.

### De turbacione eius imperii mediaque in estate successibus.

(Dritte Federzeichnung. Belagerung Kaiser Friedrichs in seiner Burg zu Wien durch die aufrehtischen Bürger.)

Ingruit tum Grecorum in prouincias Mahumetica rabies omnibus seuitie cladibus vi stupri adulterii et sacrilegii principibus diriter obtruncatis et sacerdotibus et ciuibus per medium sectis pauor diri spectaculi corriperet vniuersas regiones vicinas, atque inde serperet usque in media Italie, Germaniae Pannonieque viscera, interim per christianam rempublicam (ceu nullum malum in rebus humanis solum obuenire solet) passim multe sunt oborte bellorum procelle, quibus increbescientibus, cum sollicitus imperator varia animo versaret remedia, quibus tantis occurretur calamitatum tempestatibus, haud tantum suppeteriarum ex omnibus ditionis sue viribus, totiusque christianae reipublicae potentia congerere potuit, ut se quoque ab intestinarum factionum insidiis, subiectorumque suorum violentia tueri potuisset, in rerum omnium summa necessitate, ab Alberto fratre suo, propriisque ciuibus Wiennense arce, omni bellica vi circumseptus oppugnatunque, in istam fatalem calamitatem delapsus est, quod ultima fame

\*) Hieß früher: inter igitur hec florentia initia secundaque gesta.

\*\*) Hieß früher: Ut alii verius narraverunt.

cogente, elixo tritico cum suis vesci, atque haud alio quam Hirsici Bohemie regis et heretici presidio inde eripi potuit, mox vero ut fractrum discordia ad pacis vestibulum perducta est, dira fata alia ingessere malorum incomoda, quibus pius imperator in salubribus concepibus suis interpolatus est, nam Mathias rex Hungarie, summis helli viribus Pannionam superiorem aggressus, imperatori prope dimidium prouinciarum suarum vastauit, nec caruit ex aduerso aliis infoelicitatum turbacionibus, quibus euentum est, ut eius regiminis tempora multo fuerint turbulentiora, omnibus superiorum imperatorum tempestuosissimis imperandi discriminibus.

### De eius mira pacientia.

(Vierte Federzeichnung. Der Kaiser steht in der Mitte, von Mehreren umgeben, in dessen Gegenwart einer enthauptet und einem Andern, an einer Leiter gebunden, die Zunge herausgerissen werden soll.)

At in omnibus aduersitatibus suis animum semper habuit miro patientie robore firmatum, ut iniurias etiam illatas non nisi tardissime, sineque occasione congrue oblata expiaret vindicta, nulla denique seuitia, sed leni quadam emendationis nota, subinde aduersus malos de se rumores et famosa dicta ita patiens fuit, ut cum quempiam maiestatis crimine reum deprehendisset, haud alia poena, quam his verbis afflxit, difficillimum fore singulis scortis singulos crudire emendareque liberos, linguas liberas a natura donatas, libere etiam illis uti conuenire, ac nullo legum vinculo constringi, quamobrem a Leonora coniuge, que presens fuit ingenio matrona, verbis hoc modo in ioco crebro obiurgatus est, non esse dignum subligando pudenda tegeter, qui iniurias nulla prosequeretur emende seueritate, eiusc nempe indulgencia summi in terris principis, fenestra omnibus iniuriandi patesieret, tum subridendo imperator subiunxit, vltionem temporis dispensatricem existere, nullum sine poena permittere flagitium, nullam econtra sine mercede emori virtutem.

### De vltione aduersariorum eius sine armis.

(Fünfte Federzeichnung. Der Kaiser steht mitten in einem Saale, von Hofleuten umgeben, zu dessen Rechten stehen ein geistlicher und weltlicher Fürst, von einem Stege umstrickt, mit gezücktem Schwerte und Dolche, zur Linken knien ein geistlicher und weltlicher Fürst, dem Kaiser goldene Gefäße darreichend.)

Quum se aliquando a suis principibus despici, nimiamque propter pacientiam atque animi sui lenitatem illudi sensit, nouum vpcionis

genus excogitauit quo pares vices sine armis, sineque sanguinis effusione et sagaciter et subtiliter redderet. Quandoquidem si aliquos discordia disiunctos bellorum animaduertit implicari exiciis, eosdem non inde publica aut priuata auctoritate absoluit, quum aliquibus damnorum erumnis utrinque depresso essent ac pocius subtilibus odiorum et inimiciciarum (clandestine discordiarum materia interiecta) funiculis colligauit, atque inextricabilibus bellorum decipulis ita irretiuuit, quod nullus quidem inde sine imperatoris vel consilio vel subdio suffugere potuit, tum rebelles extrema compulsi necessitate \*) eum adeuntes, non nisi ingentibus excubiarum (uti ex disposito in tanti principis aula fieri solet) suppliciis, iugibus cursacionibus et decursacionibus ad negotiorum dispensatores, summe exagitati, audiencia ingenti precio et discessu aliquot milibus numorum aureorum, incerto denique fauore, impedimentorum difficultatibus enodati sunt, qua ingenii solertia mansuetus imperator inobedientes \*) principes ad tantam obedienciam, mansuetudinis et obsequiorum lenitatem pertraxit, quod ad vnius humilis nunccli monita ceruices suas summisse eius nutui subiecerunt.

### De eius bellis amoreque pacis.

**G**eiste Feuerzeichnung. Ein Lager, von der Wagenburg umschlossen, vor den Gezelten steht der Kaiser und Herzog Karl von Burgund; rechts des Kaisers steht der Erzherzog Maximilian; links des Herzog Karls Tochter, die Prinzessin Maria. — (Die Verlobung des Prinzen mit der Prinzessin.) — Im Hintergrunde ein hohes Gebirge, an dessen Fuß eine verschossene Feste sichtbar ist.)

Bella itaque admodum pauca et pene nulla manu sua propria gessit, si ab aduersariis acriter lacesitus, aut vim necessitate propellere coactus est, vltionem per alios ut plurimum exegit, Mathie Pannonic regis armis vnde uiginti annis pulsatus, visus est oppidatim cedere, relicts post se paucis militum copiis, que eius conatus (ut emuli dicebant) instar muscarum equos premencium, eorumque succussaturam impidiencium interciperent, sic a propriis ciuibus, Alberto fratre hoc ipsum moliente scelus obsessus, nulla alia enormes admodum et impios excessus emendauit, quam patricios quosdam (fratre per concordiam dimisso) et summates autores sedicionis contra se mote, paternis multauit hereditatibus, alios in exilium relegauit. Caeterum Karolum potentissimum Morinorum et Allobrogum principem, animo elato imperii fastis anhelantem, ac reipsa fortune exitum

\*) Ap Rande.

\*\*) Km Rande.

in Nissie oppidi oppugnacione pertantem, subtili simulacionis artificio affinitatis (utrinque hinc Maximiliano illinc Maria matrimonii clauo iunctis) contractione, ab imperii finibus coercuit in vnicum Morinorum flagicium filii captiuitatem atrocissime animaduertit, in caeteris delictis, publicis et priuatis excessibus, atque erroribus, iracundiam summa semper temperauit modestia, pacis in ultimam usque vite respirationem precipuus amator.

### De eius peregrinacionibus.

**G**iebente Feuerzeichnung. Der Kaiser mit großem Gefolge auf einem großen Segelschiffe mit Kaiserl. Flagge entkommt den Nachstellungen der Türken, und erreicht unter Trompetenschall glücklich das Land. — Im Hintergrunde eine befestigte Stadt, welche von hinterliegenden Bergen mit Citadellen besetzt wird.)

Peregrinaciones itinerum longitudine fastidiosas, periculorumque frequencia difficiles magno animo perfecit, nam in principatus (ut dictum est) inicio, Iherosolimam ea animi temeritate, eoque fortune et fatorum despectu peciit, ut a spectatoribus palam acclamatus sit, fortunam ét fata suo stringere imperio, dummodo inquam tum Mahometici perfunderent vniuersas marittimas oras horribili bellicorum insultuum formidine et plerasque exturbarent, imminerent etiam in nauigando procelle crebro senius quam consueuerant, omnia hec paucis discrimina, non alio motu animi quam risu preteriit, adeo ut a tironibus suis, qui maris mugitu pene conficiebantur multis execrarent maledictis, ubi autem Aegiptum appulit, essetque omnibus iam peregrinacionis sacris perfunctus, fortunam est ausus hoc temerario facinore lacescere, sese prouinciali more penulatum vernaculorum quorundam Judeorum conductu, Aegipiorum coetibus ingerere, gentiliumque inuisere dactilothescas, at parum abfuit iocus medio labore subuersus, Caesarea milicie funestum incussisset moerorem, nempe vixdum meritorii mulis hinc erant digressi ad classem, Caesaris nomen incerto autore emissum, totam volitauit per oram, dumodoque discursus certatim fit infidelium, pars armis post Caesarem ad littora properant pars e diuerso illum speculantur abeuntem, iubet animosus princeps abripi funes, imperii aquilam tendi, atque ductilium tubarum clangore Christi hostium furorem acrius prouocari, qui ingenti perciti rabie deductis in altum phaselis, celocibus et miroparochibus, ac aliis quibusuis potuerunt nauigiis Caesarei celerrime insecurti sunt, verum ille validior et ventis secundior, velut ouans patria littora summa subiectorum gratulacione attigit, ubi integro fere decennio, rem-

publicam varia rerum agitacione administrarunt, postquam autem impedimentorum difficultates in imperio aliqualiter per eum discusse sunt, Italiam imperialibus pro fascibus eo milicie ordine atque splendore adiit, ut nec multo tempore Caesar militarium agminum frequencia, principum comitina fulgencior, ornamentorumque omnium affluencia nitidior Roman contenterit, alias cum post eius coronacionem innumere incidissent in eius principatum calamitates, cum sni, tum reipublice causa Romam secundo proficisci et multas alias prouincias peruagari compulsa, quietem haud quaque appellare potuit, donec eum aduersa valitudo et omnium virium imbecillitas, a laboribus reuocauerunt ad domesticarum disciplinarum angustias, quibus mineralium, gemmarum et margaritarum examina, nonnullaque alia exercitorum solacia interponere consuevit.

### De eius senilibus occupacionibus.

(Achte Federzeichnung. Der Kaiser steht in Begleitung von Hosleuten auf der Vorhalle eines hohen Gebäudes, wo er sich mit zwey Gelehrten, den Himmels-Globus haltend, über den Stand der Sterne bespricht. — Im Hintergrunde ist auf einem hohen Berge ein Schloß mit zwey hohen runden Thürmen zu sehen.)

Vt aduerte ualestinis incommodis opprimi coepitus est, quietis locum sibi de legit, Liniam arcem vetustate prope collapsam, in qua plura contemplatoria, que emuli muscipulas appellare consueuerant, ad omnes mundi cardines porrecta extruxit, ut his non tam externum quam domesticorum insultus ab se arceret, et hinc ortum est inter aleones et phagones prouerbium, imperatorem muricidam euasisse, nil nisi muscerdas colligere, solereque neminem rebus suis, cum iocis tum seriis, quam muscas et culices adhibere, sed et a rabulis quibus questus incrementum prereptum est affectus omnibus maledictis, at his ludibrii generibus leuiter post tergum recussis imperator conclauatus, per ocium ac quietem mathematicis disciplinis operam dedit, siderum motus, terre et maris condiciones, et tocius mundi diuersitatem ab eiusc artis magistris exactissime sciscitatus est, ad tantamque coelestis discipline cognitionem peruenit, quod ex stellarum congressibus pleraque futura euidit, extant proprii chirographi vaticinia de Maximiliani filii tocius vite successibus et fine, continet et hoc memoria nostra, cuidam sibi a secretis per iocum, eum de fatis singulorum forte sernocrinaretur mortem bithionatam et ludibriosam predixisse, qui paulopost sibi ipsi mortem laqueo consciuit, visuntur et monumenta manuum suarum regis in bibliothecis, quibus ex genituris

quorundam regum natras et mores definiunt, ex facie etiam signis manuumque lineamentis, minutissima queque et solerter et veridice prope vel minus ingruitura disseverunt, quamquam haud desunt, qui eum magica vanitate vsum affirmant; tamen noctu plus quam interdiu his disciplinis, sicut et caeteris imperii negotiis, vacauit. Quippe vigiliam ut plurimum ultra mediam noctem, et inde nocturnam quicquidem ad terciam diei horam produxit.

### De eius dactilothe cis aliisque exerciciis.

(Meinte Federzeichnung. Der Kaiser beschäftigt sich in seinem Zimmer, die auf dem Tische in kleinen Gefäßen liegenden Edelsteine in einer Goldwage zu wägen; neben ihm am Tische stehen zwey Männer, einer eine goldene Krone, der andere lange Kleider über den linken Arm gelegt, haltend. — In der Nische des Zimmers steht ein Ofen, wo ein Mann mit dem Blasbalge das Feuer anfacht.)

Dactilotheas plures habuit delectis gemmis et margaritis ac etiam ingentis precii non tam mentis saciande causa, propter earum aut coloris aut nature illecebras, quam promouende ostentacionis in exterum regum emulacionem vel pocius inuidiam, nam in exornando diademeate, imperatorioque paludamento, trecentena milia nummorum aureorum in vniōnum et gemmarum impensam absumpsisse fertur, in patagiorum coronariorumque mercedem dena milia collocasse, cui rei fidem facere margaritarii britannici, qui Caesarem gemmata infula maiestatem exercentem cernentes, id quo indutus coronatusque erat, decies centenis milibus taxauerunt; quanta tamen eius fuerit in his oblectacio, id ipsum indicat, quod et pleraque experimenta artificiosis in empione modis exercuit, et pondus in margaritis manu semper propria exegit, et si aduersus mangonum fraudem aliquando quid agendum fuit, probacionem gemmarum vel vniōnum non intermisit, si quas etiam aut falsas aut ficticias comperit, mox abdicato mercatu dimisit, alioquin metalla edidicit ingeniose commutare, miscere atque ex argento viuo, cum admixtione in spargiminis auripigmenti, ex purove auripigmento, additis quibusdam paucis, conueniens aurum percoquere, et ex recisamentis, aquam multos morbos leuantem perficere, quo exercicio senilem etiam clausit vitam.

### De nouis eius religionis ritibus ceremoniarumque institutis.

(Sechste Federzeichnung. Der Kaiser in Begleitung eines seiner Hofsleute besichtigt den schon ziemlich fortgeschrittenen Bau einer Klosterkirche, wo ihm drei Mönche entgegen kommen, um ihn feierlich zu empfangen.)

Religioni destinatis semper horis, si eum persertim validudo admisit, exakte et flagrantissime operam dedit, alioquin succisinis temporibus noctu eque atque die diuinis supplicacionibus vacauit quin et animum ea pietate in coelestia numina semper imbutum habuit, ut nedum templa purpureis velis et tegumentis, toreumatibus aureis signis tabulis subtilissimi operis flammeis vestibus cereis et aliis sacrorum ornamentiis condecorarit, sed pleraque sacella a fundamento extruxit ac cum diuum Georgium peculiari veneracione semper prosecutus fuerat, statuit, ut in omnibus bellorum angustiis patronus et dispensator ab omnibus et haberetur et inuocaretur, hinc celeberrime in Germanie oris confoederaciones militaresque ordines sub huius sancti titulo exorti sunt subque eius tutela omnia cum domi tum milicie gesta. At imperator et flaminum quorundam coetus instituit qui non tam vestibus, earum colore et varietate (solent enim ii duas longas et lineas fascias ante et retro crucibus intextis gerere), quam ritibus et ceremoniis a caeteris secernerentur sacerdotum conuentibus, quos etiam perpetuis censibus largissime affecit, sed denique unum ex his diui Jeorgii flaminibus ultiro palamque nominari passus est, nec in rem aliam accuraciois vnquam incubuit quam in eiusce nove institutionis sue incrementum et conseruationem.

### De eius cibo, somno et potu.

(Elfte Federzeichnung. Der Kaiser speiset mit vier seiner ersten Hofsleute auf offenem Felde in Gegenwart eines im Hintergrunde am Walde haltenden grossen Reiterhauses. Unweit diesem steht des Kaisers Wagen; seitwärts der Tafel hält ein bewaffneter Ritter zu Pferde Wache, vor ihm sieht man eine Weibsperson, dem Kaiser sich nahend.)

Cibum quotidie \*) semel nisi abstinentia esset prosecuturus religionis obseruanciam stomacho large concessit, alias quo ciensunque stomachi appetitus monuit, solitus fuit quo cunque tempore et loco dumodo etiam rheda ueheretur predulcibus piris malis persicis, aut uvis passis vesci, perinde gallicinio coenitare, ut precocta ferula crebro deteriora denuo recoqueretur, raro epulatus nisi aut am-

\*) Grüher (bis).

bacione aut maiestatis necessitate aliquando inuitatus principes aliquos conuiuio adhiberet, tum eos comiter per omnia et summa conuiualium illecebrarum voluptate refecit, ibi et sermonis audiitate incalescens exakte vite sue gesta fortuitosque casus et maiorum suorum histerias verbis fidelissime consecutus est, interposuit et conuiuali iucunditati aretagorum facecias, ut plerumque prandium coenam aut comedacionem interciperet protrahereturque colloquium usque ad intempestam noctem, fuit tamen per omnes fere vite dies abstemius, nihil vini bibit nisi forte uicum succum recentem et per dulcem ex torculari aut mustum pucinum gustui aliquando acomodasset, nam et botrios precipue tergestinos reticosque summopere appetebat, quos non fugere sed vorare videbatur, cum vero somno coepit occupari non amplius (quam plurimum) quam quinque horas dorminit, sed nec eas quidem continuas, sed ut illo temporis spacia pluries expurgiceretur et si interruptum summum recuperare non posset, ex lectulo ad sediculam se mouit, atque accersitis cubicularis quibuscum fabularetur resumebat aut deambulabat, donec soperis mole opprimi videretur, producebat quietem ad quintam et sextam lucis horam et si quem interruptum tum inuenisset grauissime increpit, tanta tulit molestia matutinam vigiliam.

### De prodigiis et ostentis que mortem Friderici imperatoris precesserunt.

(Wölfte Federzeichnung. Der Kaiser spricht mit einem Manne, der auf die vor gwei Räfichen liegenden todtten Tauben und Vögel zeigt; hinter dem Manne stehen 2 von des Kaisers Leibwache. — Im Hintergrunde stehen Gebäude, welche durch das vom Himmel fallende Feuer entzündet werden, auch sieht man am Firmamente einen Kometen mit langem Schweife, und einen zur Erde fallenden großen Stein.)

Quum prodigia et ostentasolent ut plurimum Heorum (sic) mortes commonstrare, non ab re duxi hoc loco subtexere, que si antequam decederet occurrerint portenta, ex quibus mortem suam et futurae imperii discrimina dilucide preuidere potuit, cecidere imprimis creibri lapides de coelo et ingenti ponderis et unus caeteris preminentior, qui adhuc hodie apud Sebusianos triangula acio obusti coloris et metalligere forme conspicitur, sereno coelo crepitu instar tonitru aethere lapsus cunctorum mentes accolaram multisfariam confudit, fulserunt deinde insolite stelle de coelo, quas crinitas et cometas vetustas appellare consuevit, tum tecta sub quibus imperator

quiescere solebat, ita frequenter sunt coelesti fulgure icta, nonnullae vero dactilothece fulgetris portentose absumpte ut ea imperator iam non prodigia, sed quotidiana nature ludibria diceret, pleraque etiam domesticorum animalium, quibuscum per omnia aduersitatum tempora imperator animum recreare consueuerat, subitis prodigiosisque casibus eius in conspectu procubuere, nam et *s thrucius* (sic) camelus turbine e ponte sublatu summo omnium moerore et terrore collum fregit; facile tamen poterat imperator hec omnia contemnere prodigia, si ei istud postremum rarum inauditum et inuisum ostentum non ingessisset solidam eventus certitudinem, quassato siquidem altero crurium diutino fluxu viciati splenis, ad hoc fatis molientibus ventum est, ut ex tibiarum et sure putrefactione vertebrarumque leSIONE, quicquid a planta pedis usque ad poplites porrectum esse solet, id totum ferro rescinderetur, quod fatorum ludibrium imperator multo molestius, quam omnes illatos per ferrum dolores tulit, quam vero moleste pertulerit hac lamentabili voce, quam ad chyrgos clinicosque medicos mediis in cruciatibus emisit, liquido appetet, inquit enim ve Caesari Friderico tertio, hoc famosum loripedis agnomen apud omnem posteritatem adepturo cum quicquam de eius senectutis gestis in acta resseretur, sub huius horribilis cognomenti pretextu continget, tandem resecto membro ad manus desumpto subintulit, jam imperatori simul imperio alter pedum resectus est, in Friderici imperatoris incolumente salus imperii constitit, nunc spes utrius adempta est, utriusque iam glorie culmen in ima decidit; nec vanum hoc omen fuisse rerum hactenus varius euentus milleque in summo principatu pericula clare indicant \*).

### De eius morte et causa mortis.

(Dreyzehnte Federzeichnung. Ein großes Zimmer, in welchem der Kaiser, von Mehreren mit traurigen Geberden umgeben, auf einem hohen Lehnsessel mit den Jügen eines Sterbenden ruhet. Zu beyden Seiten des Kaisers stehen zwey mit ihm beschäftigte Männer. Der Kaiser hält in seiner linken Hand eine Melone, und ein Page naht sich ihm, auf einem Teller zwey Melonen darreichend.)

Decessit post exactam imperii administracionem, anno quarto supra quinquagesimum, etatis septuagesimo octano quarto decimo kalendas septembbris eo genere mortis, quo lenius et clemencius vix ullum co-

\*) Die Federzeichnung ist durchstrichen, und über derselben stehen die Worte: Friedrich Ny. Das ganze Capitel ist ebenfalls durchstrichen.

gitari potest, flagrante senilis vite luce tenui lychno, ceu longis die rum internallis gradatim solet communui calor genitius, eo autem crudorum fructuum esu mirum in modum oblectante, cum forte eodem die prosequeretur veneracionem assumptionis due virginis marie, solo panis et aque vsu, eiquejante gustacionem juris melones offerrentur, appetitui alioquin in eiusmodi obsoniorum illecebris facile obtemperare solitus, confessin sine intercapidine immaturum fructum ad ieiunum stomachum admisit, cuius frigido succo, id pauxillulum quod reliquum erat caloris mox extinctum est, animam igitur leniter efflauit eam post se loco testamenti relinquens gloriam, ut et in actis relatum sit, nullum imperatorum a diuo principe Augusto, habenas imperii et diurnius et innocencius, tantaque animi lenitate temperasse, nam rerum potitus annos quatuor et quinquaginta vniuersi orbis terrarum magna parte pacata, hinc ad superos transmigravit \*).

### De eius sepultura exequiarumque pompa.

(Vierzehnte Federzeichnung. In der Mitte eines großen Saales steht die Todtentahre K. Friedr. IV., worauf viele Lieder brennen, und an den beyden Enden derselben stehen vier Männer in Trauerkleidern mit langen brennenden Fackeln. Rückwärts der Bahre sitzen Mehreere, worunter ein Bischof, in Trauer gehüllt, mit traurigen Geberden; in der Mitte derselben sitzt die Kaiserin (?), in großer Trauer, weinend. — Die Aussicht vom Saale ist auf einen großen See, der zu beyden Seiten von hohen Gebirgen umgeben ist.)

Defuncti corpus exemplo evisceratum est atque aromatibus (ut solent principum cadavera) conditum inde visceribus in templo Linicio ad capitalem aram humatis, cadavere vero capulo imposito atque inde naui per Danubium Wiennam deuecto, solita pompa in aede diui Stephani cripta Austriae principum sepultus est, deinde institutis exequiarum solemnitatibus eo religionis fero, eoque ceremoniarum cultu per caesarem Maximilianum vniuersumque principum et legatorum senatum affectus (früher prosecutus) est, ut nec ad pontificum flaminumque frequenciam hymnos sacraque funebria vbertim peragencium, nec ad templi quo id actum est exornacionem ministrorum circumstancium quisque sua lugubri ueste atque candelabro certatim lugencium nec cereorum ad pheretrum flagrancium multitudinem quicquam addi posset, interim oraciones funebres commendacionesque defuncti copiose fuse sunt et eo lamentacionis genere

\*) Im Manuscript durchstrichen.

ut nec vnuſ e mille offensus sit, cui oculi non integris fluxerint lachrimarum profluuiis, tam benemeritus fuit de vniuerso orbe Fridericus imperator, ut nec hodie in Germania fatalis eius obitus possit aliquo planctus genere satis complecti.

### Proemium Josephi Gruenpeckhii presbiteri norici in historiam Maximiliani primi Romanorum caesaris.

(Fünfzehnte Federzeichnung. König Maximilian I. sitzt unter einem Thronhimmel, zu beiden Seiten desselben steht ein Mann seiner Leibwache; rechts vor ihm steht die Königin, und links vor ihm kniet ein Mann (Grünpeck?), der von des Königs Händen ein Buch empfängt.)

Postquam Friderici tertii Romanorum imperatoris morum et virtutum rerum et ab eo egregie et dictarum et gestarum simulachra, mediocri artificio expressa sunt, pientissime Karole filii nunc eius Maximiliani primi Romanorum caesaris aui tui clementissimi vite imagines eodem artificii genere explicandas censui. Sed acriori multo ingenii acumine exactiorique penicilli examine et prompctori facundia, quam vel meum scabrum ingenium vel inerudite manus mee prestare possunt, hoc loco agendum foret, eo quod hic princeps est parente suo versatili ingenii promptitudine rerum agendarum varietate et fati summa raritate tanto excellencior et implicacionis, quanto hec sua tempora fundunt rariores morum et rituum condiciones ac summorum periculorum seuiores procellas, quibus cum per omnia accidencium momenta, animum semper intendere soleat ac secundum incomodorum accessum vel discessum imperii habendas vel constringere vel remittere, difficulter mea imbecillitas hec omnia articulatim prosequi poterit, vnde mansuetudine tua et caesaris Maximiliani clementissima rerum interpretatione, qua in omnes uti consuevit fretus, quantum gestorum ab eius utrericibus fabolinis coetaneis et commilitonibus venari quantum item morum nature condicionum prudencie et industrie domi et milicie publice et priuatim actorum, a secretis eius aliquot annos agens per meipsum eius ex vita expiscari potui, id ipsum et populari (ceu uti consuevi) et scolastico stilo prosequar, atque in capita compendiosa totam historiam digestam rerum seriem a nativitatis eius primordiis deducere incipiam.

### De tempore et loco nativitatis Maximiliani caesaris, qui busdamque eius gestorum iniciis.

(Siebzehnte Federzeichnung. In der Kammer des jungen Prinzen Maximilian steht eine kleine Badewanne, in welcher der Prinz nicht lange nach seiner Geburt, in Gegenwart des Kaisers und der Kaiserin und mehr Underer gebadet wird, und er sich frey in dem Bade erhebt. Neben der Wanne steht die Wiege, wo sich gerade eine Frauensperson mit Burechtrichtung des Bettes beschäftigt.)

Natus est anno paterni imperii tredecimo, natalis Christi nono et quinquagesimo supra millesimum atque quadringentesimum non longe post expugnacionem Constantinopolitanam, vndecimo kalendas aprilis duabus horis ante solis occasum, loco nobili celebrique vrbe metropoli vna superioris Pannonie, quam vulgus nouam caesaream appellare consuevit, mox autem ut a matrone alui sordibus ablutus est, aliquamdiu in lauacro immobilis perstittit erectus sineque vagitu, quoq insolito signo ad parentes relato, presagio quodam excellentis animi et fortitudinis Maximilianum nominari voluerunt, nec defuere infantili imbecillitat alia primordiorum prodigia, e quibus future viete condiciones clare coniectari potuerunt in cunabulo nonnunquam repente commotus astantes minus familiari vultu complexus, fasciasque, quibus constrictus fuit biliose semouere ulti similem agere visus est, alio tempore ei similis, qui rempublicam esset mansuetudinis habenis potius quam atrocitatis pastomide moderaturus, alia pleraque rare indolis effudit indicia, que haud vno capite complecti possunt, ideo ad alia transgrediar.

### De loco nutricionis eius.

(Siebzehnte Federzeichnung. Der junge Prinz Maximilian speiset mit seiner kleinen Umgebung in seiner Kammer ganz einfach.)

Nutritus est eodem loco natali imperatorio palacio Austrieque principum more nutricibus fabolinisque plerumque ex plebe selectis ac nutrimento simul appartenenti populari, ne nimium delicate hac estate alitus, ad labores aliquando tollerandos aut agrestia alimenta (tempore et loco afferentibus necessitatem) gustanda inhabilis redderetur in caeteris quantum ad curatorum qui ut plurimum satrapae esse solent, diligenciam regium famulatum et victus et apparatus splendorem si presertim in propatulo epulandum fuit maiestatis ratio habita est.

### De eius gestis in primo infancie tempore.

(Achtzehnte Federzeichnung. In dem Innern einer Säulenhalle steht der Kaiser, welcher sich zu der, mit einem Kinde auf dem Arme, kommenden Kaiserin wendet; rechts des Kaisers steht der junge Prinz Maximilian, welcher einem vor ihm stehenden Manne das an seiner Seite hängende Schwert, nachdem der Prinz schon gegriffen hat, für ein ihm darreichendes Goldgeschmeide nehmen will.)

Nondum linguam sermoni pedes gressum usui expedite aptare valuit, precocia signa dedit, qualis esset princeps futurus quasque disciplinas amplexurus, adeuntes nempe nedum oris et laborum (ut sit) motu assari, sed extenta dextra leniter excipere gestiuit, tum etiam quod oblatas chartas aut alias quocumque modo inuentas lecturo similis voluit et revoluit, alioquin consuevit quo ciens oculis in armatos incidit salutario digito arma nutrici indicare, nec post cultros lateri cuiuspiam appensos cessavit clamitare donec porrecti essent, sed et clarissimum liberalitatis de se indicium effudit, corallos, fistulas argenteas, malos cristallinos, globulos lapideos et caetera crepundia puerilia quibus nutrices aut fabolini infantulorum vagitum sistere consueverunt quibuscumque rogantibus mox elargiendo.

### De eius gestis in ultimis infancie annis.

(Neunzehnte Federzeichnung. Der junge Prinz Maximilian übt sich vor dem Thore einer an dem Ufer eines Sees stehenden Festung mit Mehreren seines Alters in dem Scheibenschießen mit der Armburst. Einer seiner Umgebung brennt eine kleine Kanone los, andere schleudern Steine.)

Vbi vero iam sermonis et manuum et pedum satis compos fuit baculum e uestigio (ut solent) infantuli equum aptare, coetaneosque pueros etiam ignobiles ad miliciam hastaque certamina inuitare coepit, tum quicquid partitis puerorum agminibus ultro citroque gestum est, in omnibus certaminibus Maximilianus victoriam primus obtinuit. Caeterum fundis lapides iacere, sagittas ad scopum dirigere, item vitreos et lapideos globos, per arundinum cannas bellicae mahinacionis loco tam ingeniose scienterque agitare edidicit, ut par senibus et prope perfectis magistris esse videretur. Caetera etiam quibus equalium ingenii frueretur omnia excellencius quam illi et quodam nature decole et gestus elegancia perfecit, Leonore genitrici molestum id fuit intueri, que ad sola religionis studia filiolum coartandum rebatur,

Friderico vero imperatori tanto suuendius erat conspicere quanto cervus et lucidius id ipsum ab infantulo moliebatur, quod ei ab astris inditum mathematici iam pridem definierant, in eo tamen crebro utrumque parentem molestauit, quod Judeos nullo fauoris studio prosecutus nutu et rennu semper aspernatus est.

### De variis adeuncium imperiale aulam judiciis de infantuli indole.

(Zwanzigste Federzeichnung. In einem großen Saale steht K. Friedrich mit einem Bischofe und mehr Adelern; in der Mitte steht der Prinz Maximilian zu ihnen gewendet, wo ihm ein Jude, seine rechte Hand haltend, aus selber wahrsaget. — Die Aussicht vom Saale ist auf einen weit ausgedehnten See, links desselben ist ein hoher Berg mit einer Festung.)

Varia ideo sustinuit adeuncium (ut fit) imperiale aulam iudicia; plerique ex delecte eius indolis indicis, verborum et factorum grauitate, precipnam animi magnanimitatem, rerumque pericia a deponentes asseruerunt, nihil ei in vita unquam tam contrarium et alienum, nec etiam tam subtile et acutum occursurum, cui non omnes ingenii spices virileque robur et si necessitas requireret, collum suum et animam fortiter et intrepide obiecturus foret; plures ex connatis quibusdam signis dentibus presertim columellaribus duplicatis iudicarunt, eum aliquando non aliter, quam truculentum aprum seuturum. Judeus vero metoposcopus a Leonora matre, que aliorum (ut matres solent, si opinio de liberorum fatis duriusculum quid intulerit) consueverat refutare coniecturas, curioso rogatus, se nihil noui in medium allaturum respondit, sed se hoc certo scire, atque ex oculorum infantis sidereo vigore, cui non nihil terriculamenti inesse cerneret, clare elicere, multo tempore fore, ut non solum ab eius conpectu, sed nominis quoque appellacione fortissimi et amicissimi qui que fugituri essent.

### De infantuli fato a Friderico patre explorato.

(Einundzwanzigste Federzeichnung. K. Friedrich und seine Gemahlin stehen mit mehreren Hofsleuten in einer Säulenhalle, wo dem jungen Prinzen, zur Verfammlung gewendet, von einem Sternkundigen aus dem Stande der Sterne sein künftiges Schicksal geweißagt wird.)

Nec tamen imperator his coniecturalibus saciatus iudiciis, atque extemporariis (ut dici solet) coniectorum fabulis filiali am-

bigua fata, multarum ob rerum commoditatem certa sciencia complexurus peritos genetliacos consuluit; quid de Maximiliani sentirent futuris aut prosperis aut aduersis successibus, qui haud concanter ex veris siderum motibus efficaces rationes coniuentes in medium affirmauerunt inter caetera, eius vitam in ultimum halitum variis et prope assiduis fortune casibus atque inequali mixtura iam sublimibus exaltatam condicionibus jam humilibus depressam obnoxiam fore, at cui nunquam essent tum plebis studia tum fortunarum incrementa defutura, in caeteris fata eius essent eiuscmodi incertitudinis involucris agglomerata, quod nec candidum nec nigrum quis inde exprimere posset.

### De eius gestis in puericie principio.

(*Zweyundzwanzigste Federzeichnung. Der Prinz Maximilian mit dem aufgeschlagenen Buche in der Hand, sitzt unter mehreren Knaben in einem Hörsaal, um den Vorlesungen des so eben lehrenden Professors beyzuwohnen.*)

Ineunte puericia litterario ludo mox est adhibitus, sunt et morum et disciplinarum emuli nobiles pueri adjuncti, quibuscum imperatoria in aula educatus, simul ac paribus disciplinis et apud eosdem magistros institutus, inter equales breui hanc laudem consecutus est, ut vbiuis locorum diceretur, si priuato etiam foret et inope ciue genitus, facile esset consensurus sumnum emolumentorum incrementum et honoris et dignitatis fastigium, tanta in eo exsplenduit ingenii docilitas, memoriae tanta excellencia, ut esset omnium facile primus, sicut et promptitudine et facilitate, in dispunctionum certaminibus haud parem habuit; produnt, eum deuictos coram magistro commilitones rudes et ignaros frequenter appellasse verbisque grauissime increpuisse.

### De eius gestis in fine puericie.

(*Dreyundzwanzigste Federzeichnung. Der Prinz Maximilian zu Pferde verläßt bepanzert und mit der Lanze bewaffnet, von vier Männern mit Lanzen zu Fuß begleitet, die Thore des Schlosses, vor ihm laufen zwey Hunde einher, welche das Haustheil verfolgen und zerbeißen.*)

Obrepentibus autem adolescencie anteambulonibus, ac nouos affectus ingerenibus, ad litteraria studia paululum segnior, ad alias potissimum armorum equitandique artes flagrantissimus est factus, namque quondocunque aliquid aut libertatis aut ocii e scholis surripe re potuit, id aptandis armis sternendisque equis impedit, non nun-

quam thoracatus aut foemoralibus aut tibialibus armatus commilitones suos e litterario ludo ad arma euocavit, aut equo foeminibus subacto per omnes arcis angulos scholasticorumque et aulicorum puerorum stipatus agminibus incessit, sed idipsum ut plurimum furtim abstrusaque in locis, pre magistri seuficia nihil horum propalam ausus, proinde venaticis canibus si pedagogi presencia non obstitit proximam domesticam bestiolam persecutus, nec ancupio domesticarum auium destitit, donec flagorum minis amoliretur.

### De eius gestis in adolescencie principio primisque nuptiis.

(*Vierundzwanzigste Federzeichnung. Ein großer Saal, in welchem K. Friedrich, der Herzog Carl von Burgund und mehrere Hofsleute versammelt sind. In der Mitte der beiden hohen Personen steht ein Bischof in seinem Ornat; zu beiden Seiten stehen der Prinz Maximilian und die Prinzessin Maria von Burgund. Der Bischof ergreift die Rechte des Prinzen und die der Prinzessin, und legt sie in einander.*)

At ubi pubertatis limina ingressus est, solidiora coepit agitare exercitorum studia et in his omnibus eum adhibere modum, ut eius in factis nihil reprehensibile inueniri posset haud solebat his fatigari voluptatum illecebris, ad quas hec lubrica etas potissimum hoc genus mortalium principes libertatis domini imprimis alligari solent, sed corpus laboribus dedere et armis aptare, atque ita viuere ut non solum neminem vel verbis vel factis lederet, sed omnibus obsequentiissimus esset, quam virtutem cum imperator animaduertit, ne per luxum in via paulatim deflueret, sollicite egit, cum clandestinis consiliis, tum publicis molimentis, ut eum decimum septimum agentem annum opulentissimo Marie Karoli Burgundionum principis filie coniugio destinaret; quam rem cum haud difficulter (conuentientibus in facto votis Caesaris \*) et fortuna temporum locorum et summa rerum opportunitate) conquereretur, exempli ut Karolus ab Heluciis bello oppressus est, legittimum socii successorem annum decimum octauum transgressum ad Morinos transmisit, qui cum uxore splendissimis nupciarum solemnitatibus, non obstantibus febris quibus tum correptus erat, Candensi in vrbe congressus est, quartodecimo kalendas septembribus.

\*) Caesaris ist durchstrichen.

### De eius liberis et quibusdam gestis coniugali in statu.

(Fünfundzwanzigste Federzeichnung. P. Maximilian mit seiner Umgebung in der Kammer seiner Kinder. Vor ihm stehen der Prinz Philipp, seine Schwester Margaretha, welche so eben ihren in der Wiege liegenden Bruder Franz schaukelt; an der Wiege stehen die Wärtersinn und noch zwey weibliche Personen.)

At secundo nupciarum anno idibus junii congruentibus utrinque moribus natura et amore Philippum regem Castelle, inde tertio anno quarto idus junii Margaritam, quarto vero anno Franciscum liberos ex ea tulit, verum Franciscus non perannauit. Margarite cura, parentis nutu et auctoritate, a Bellojoco de Burbunio gesta est, Philippi vero tutela a Morinis propria temeritate inuita Maxmiliano et eius summa indignacione suscepta, multe effusionis sanguinis per illorum ciuitates pagos et arua causa fuit. Nempe antequam se filii protectorio iure carere eque omni principatu priuatum iri voluit. Vnde ad redimendam eiusce filii tutelam varia \*) (intulit Flamingis bellorum incommoda, nec destitut, donec filium suum haberet in potestate).

### De eius bellis.

(Sechzehnundzwanzigste Federzeichnung. Die Reiter-Heere P. Maximilians und K. Ludwigs von Frankreich stehen in Schlachtordnung. Auf dem Kaiserlichen linken und auf dem französischen rechten Flügel beginnt die Schlacht. K. Maximilian sprengt mit eingelegter Lanze auf seinen Gegner los, und die Feinde wenden ihre Rossse zur Flucht.) — Unter der Zeichnung steht: Weyss K.

Vndeiginti annos natus, quatuor legionum dux, contra Ludouicum Gallorum regem bella plurima magna virtute et fauste gessit, post successu temporis, deficientibus ab eo (sicuti frequentissime solebat accidere) et Morinis et Monapiis, sunt equidem cerei (publica phama) populi cum se prope solum et nudum cogeretur defensare, crebro parua sociorum manu maximas hostium copias fudit, et si consilio suorum fuit quandoque a conflictu cohibitus, nunquam abstinuit, solus paucis equitibus in acies hostium prorumpens, inde non secessit donec vel hasta infracta vel mucrone manibus excusso cogeretur retrocedere; cum hoc tricies ante desumptam togam virilem effecisset, illesus semper evasit, sed et preter minutos tumultuarios motus, quorum cum Flamingis innumeros sustinuit, vndeicies ita dimicavit, ut fugam et cedem hosti semper prior intulerit.

\*) Die eingeklammerten Worte sind im Manuscripte durchstrichen.

### De Terbonensi clade, qua quatuordecim milia peditum et equitum occisa sunt.

(Siebenundzwanzigste Federzeichnung. Schlacht zwischen P. Maximilians und des Königs von Frankreichs Heeren bei Terbane. — Unter der Zeichnung steht: Weyss K.)

Influenta tum assidue in Brabantiam Gallorum ingluui (veluti pisces ad hamum coruique ad cadauerum esum conuolare solent opimas predas queritantes), istam sordem pateretur Maxmilianus ad ingentem tumulum circa Terbonam increscere ut tandem, cum se temporis opportunitas ingereret, tota ista sentina latronum vna exhauriretur die, quadam fortuna offerente et comoditatem et victorie spem, suis imparibus copiis in Gallorum pelagus intrepide irrumpit, idipsumque per medium scindit, trepidantibus autem pre confusione utrinque (ut fieri solet) agminibus, plurime Morinorum turme fuga elabuntur, adolescens confusos ordines seque solum inter hostes speculatur; haud conctanter equo ex tumultu celerrime elatus, fugientium copiarum suarum reliquias et furore et lenitate, quantum tum potest, in ordinem rursum cogit, bellumque ab origine reintegrans, non cessat Gallos a pomeridianis horis usque ad intempestam noctem cedere, donec noctis tenebris ab armis reuocatur ad castra, cesis utrinque quatuordecim milibus peditum et equitum, Maxmilianus preter opinionem suorum, qui eum occisum arbitrabantur, ea nocte nimia agitatus fatigacione inter cadauera conquiescens, omnem Gallorum suppeditilem et castra et caeteram predam conquisiuit, qui tanta confusione abacti, posthac haud intulerunt in eius prouincias tam frequencia signa hostilia. Sed Victoria hec fortune, sequens principis debebitur ingenio.

### De ingeniosa eius capcione Termondensis oppidi.

(Achtundzwanzigste Federzeichnung. Maximilian mit seinem Heere im Hinterhalte, erobert die Stadt Termonde (Dendermonde) durch List, indem er durch einige seiner Krieger in Nonnenkleider, die er denen nach der Stadt zurückfahrenden Nonnen ahnen ließ, gehüllt, die Thorwache überrumpeln und zusammenhauen ließ.) Unter der Zeichnung steht: Weyss K.

Termondum primarium Morinorum asilum eaque munitione predictum, ut quamunque summam vim belli facile respuat, tam frequenti Gallorum insultu Maxmiliani manu elapsum, hoc exquisito reuocauit stratagemate. Forte contigit, Abbatem Vestalesque virginis eius loci rhedis urbem euchi, ut id comperit mox quingentos equites constituit, qui proximo in saltu eorum redditum intercipierent, inte-

rim duas quadrigas anteambulonibus siccariis et machaerophoris, sub eueotorum monahorum Vestaliumque forma et habitu meridie sub portas mittit, qui ex disposito curribus in ponte subuersis, vigiles pietatem in prostratos flamines exercere gestientes occidunt, inde dato signo quod conuenerat letus princeps ex subsidiario suis quingentis equitibus subsequitur, atque usque ad medium forum sine impedimento prorumpit et antequam se insperatus paucor recolligit, terror ciuitatem sine tumultu sineque cede dedit; si hoc ingenium omnibus principibus foret, neminem subiectorum tam leuiter desicere sineret\*).

### De eius coelibatu et aliis gestis post uxoris mortem.

(Neunundzwanzigste Federzeichnung. K. Friedrich und Prinz Maximilian sind mit den Wahl=Churfürsten in einem Saale versammelt. Maximilian steht zwischen denselben, welche ihn zum römischen Könige gewählt haben, ein geistlicher und ein weltlicher Fürst segnen ihm die Reichskrone auf, einer reicht ihm das Zepter und ein anderer das Schwert.)

Orbatus uxore mansit in coelibatu duodecim prope annos, quod tempus vario fortune discriminé exegit, inicio Morinorum inobedientia circumseptus, integro triennio bella frequentauit, interim immensos pertulit labores, innumera pericula quandoque ingentem egestatem, medio tempore miciori fortuna vsus ab imperatore particeps imperii assumptus, summum dignitatis culmen concendit, sed nec tum periclorum erumnis statim eruptus est. Nam Philippo filio a Morinis iusto herede prouinciis prefecto, Friderico imperatore alibi solo imperii census omniumque exactiōnū fructus decerpente prope, extorrem principem egit et tamdiu, quoad omnium miseriarum alluvies, vi fati disrupta, finis coelibatus faustiores fudit rerum successus, opimas principatum et summarū gazarum in auro gemmis et margaritis hereditates.

### De quibusdam aduersitatibus eius in coelibatu.

(Dreyfünftigste Federzeichnung. K. Maximilian wird von den Einwohnern der Stadt mit seinen Leuten gefangen genommen und in öffentlichen Gebäuden eingesperrt gehalten. Maximilian mußte von dem Fenster seiner Haft sehen, wie im Verfolge an seinen Leuten die gräßlichsten Märttern verübt werden.)

Obuenerunt ei eodem tempore plerique contrarii easus, quibus quasi cum ipsa morte visus est conflictare. Quippe cum liberalitate sua longe extra iusti stipendiū orbitam euagaretur, dispensatorum aule voracitas habenarum nimia relaxacione grauiores quam maiores

\* Zur Seite ein Fingerzeig.

regis consueuerant exigenter census, omneque aurum ita euanescebat, ut nec in regis nec prouinciarum incrementum quicquam cederet, impaciens vulgus non tam tedium facti regis, quam perfidia satellitum inflammatum, regi dolum et insidias ubique struere, die quādam urbem Brugensem ingressum, toto famulatu suo captiuitatis custodiis constringit, rege tamen in publicas aedes segregato, caeteri vicatim captiui grauissimis affliguntur et contumeliis et iniuriis. At primarii thesaurorum dispensatores scelerisque consci, in propagatum regium ante conspectum producti, ecclēsique distenti populi prope manibus discerpuntur. Maximilianus opinione omnium simili fato, potissimum furioso plebis minis destinatus, preter spem suam, Friderico imperatore Morinos et autores captiuitatis interim grauisse vrgente, ignominose, fidei sacramentis requisitis et prestitis, dimittitur.

### De eius profectione in Pannoniam, caeterisque expeditionibus bellicis. (Wey's kunig.)

(Einunddreißigste Federzeichnung. Die Feste Stuhlweissenburg, wie sie gerade von K. Maximilians Heere mit Sturm erobert wird.)

Post captiuitatem nihil belli contra fidem, quam Morinis de non vindicando crimine dederat, moliendum opinatus, se ad tempus ab his ad superas prouincias abstrahit, Friderico interim imperatore omnibus imperialium subsidiorum viribus vlcionem a Morinis per Alber-tum Saxonie ducem truculentissime exigente; paucos autem menses ibi agit, fatalis obitus Mathiae regis Hungarie nunciatur, e uestigio expedicionem bellicam tocius Germanie presidiis in Pannoniam instruit, dumque ab alia parte Wladislaus rex Boemie \*) numerosis copiis in regnum irruit, ille contra Albam regalem quam proxime potest exercitu suo contendit, urbemque muris fossis et vallis munitissimam \*\*) insperato (sicut se ei fortuna in principio semper mitem, in fine austera exhibere solita est) at ingenti caede (nam pauimenta templi sepulchraque regum Hungarie dicuntur humano maduisse crurore) expugnat, dum autem miles optimam predam, pociores Pannonicorum thesauros, formidine aduenarum eum in locum congestos, cernit, illico scelerata habendi cupidine illectus, iureque iurando longe posthabito, missionem sibi scelerate usurpat, onustus auro argento gemmis et margaritis in patriam suam prope-rat, rex et spe et regno frustratus, Wladislaus pannonica victoria

\*) Hieß früher Hungarie.

\*\*) Früher ex.

ouante, eodem itinere quo irruerat pedem in Austriam reffert, post breui temporis interuallo, imperatoris post mortem confinia Bosne et prede et inuisendi Thurcorum prouincias causa adiit, post vero Karoli Gallorum regis ex Italia discessum, Liguriam paucis copiis Venetorum et Mediolanensium ductus pollicitacionibus peciit, sed dum eos tergiuersari animaduertit, regressum per montes Appenninos, Galliamque cisalpinam in Germaniam reuocauit. Caeterum Geldriam bis est summis belli viribus aggressus, commisit et cum Helueciis tocius imperii tumultu diutinum et atrocissimum bellum, disceptacione quoque Noricos inter principes exorta, quosdam ita afflixit ut prope dictione sua exterminarentur, qua seditione et Bohemos circa Ratisbonam ingenti numero percussit, plerasque alias exaratu dignas celebrauit et in varia loca expediciones, que aliis et peculiaribus recensende sunt capitibus.

### De cultu et dilectione suorum.

(**D**reyundreyßigte Federzeichnung. Ein Lager, im Vorbergrunde mehrere Gezelte, links das große offene Gezelt K. Maximilians, wo er eben mit einem seiner ersten Hofsleute zu Tafel sitzt, und er von den aufgestellten Gerichten mehreren umstehenden Kriegern mit eigener Hand davon mittheilt.)

Suos tanta benignitate semper complexus est, ut vel itinerum longitudine, vel locorum asperitate comeatusve penuria (ut crebro cuenit) fessos, non solum sincera prosequeretur consolacione, sed si quid esce a tabula sua reliquum esset, id viritim distribueret, unde eius ex contubernio pauci (quocunque incommodo urgente) impaciencia notati sunt, si aut moncium cacumina, saxea paludinosa aut prorsus inuia loca adenunda erant, animo promptissimo quisque emulabatur, alias bellorum in angustiis inaedia militum animos aliquando premente, solitus est scurras in medium euocare, qui ridicunda faceiarum iucunditate tristiciam eorum discuterent. Qua clemencia sibi militum promptitudinem in tantum deuinxit, ut optimus quisque mallet Maxmiliano sine aere, quam cuipiam alteri ingenti stipendio militare.

### De naturali amore omnium hominum in eum etiam hostium.

(**D**reyundreyßigte Federzeichnung. K. Maximilian, von seinen Hofsleuten umgeben, steht in einem Saale, wo er die so eben eintretenden vielen ansehnlichen Personen huldvoll empfängt, von denen Einer ihm einen goldenen Pokal, und ein Anderer eine goldene Kanne zum Geschenke darreicht.)

Inter caeteras nature et fortune dotes hac fulsit gemma, ut quicunque eniu intuitus sit flagrantissime amarit, absentesque eius

gestorum narracione tantum in ardorem proruperunt, ut eum die noctuque videre petulantissime efflagitarent, sed nec hostes mortem eius quinimo pocius omnes saluum expetiuerunt, quamobrem venenum etiam nunquam timuit. In bellum profectum tota plebs summa religione impensisimisque apud deum intercessionibus prosequi non destitit, donec saluus reuerteretur, et quod rarum est, si quis absentem usque ad necem odisset, eius in conspectum cum perueniret, ardentissime amauit, tanta fluxit eius ex oculis gratia, que omnium inimicorum corda per medium scinderet.

### De inimiciciarum facili remissione, ireque dissimulacione.

(**E**ier undreyßigte Federzeichnung. K. Maximilian steht mit einem seiner Hofsleute in der Vorhalle des Gebäudes, vor ihm knien vier Personen, welche ihn um Vergebung anslehn; rückwärts die Aussicht auf eine Brücke, welche zu einem Thurme führt, und auf einen freyen Platz; auf dem Geländer der Brücke sitzt ein Mann, von Einigen festgehalten, bereit, ins Wasser gestürzt zu werden, und auf dem Platze wird so eben Einer enthauptet, Einer gehängt und ein dritter steht zur Execution bereit.)

Rancorem animi contra nullum tam grauem exceptit unquam, ut non ad simplices preces libens deponeret, neque unquam tam grauiter ira eferbuit, ut non interieota mora minutissima mitigaretur, quam iram et ita scienter dissimulauit, ut nec in vultu quidem mutari videretur, nisi primus motus, ut crebro (omnino enim non irasci deorum pocius est quam hominum) accidit, rationem ex insperato obtunderet, notatus est collo toto rubedine quadam perfundi, labiaque leniter mordere. Et si tum quempiam enormium offenditorum regius apprehendit furor, hic capite plexus est, si tamen mox regie indignacioni cederetur, exilis mora amicorumque intercessio nullam admiserunt amplius in reum animaduersionem, unam solam erga Morinorum gentem indignacionis virus longissime precordiis gessit, quos et iam perpetua ista nota in litteris signauit, „nostri infideles subiecti;“ preterea lancearios quosdam pedites, qui post expugnationem Albe regalis prede illecebris capti, sibi missionem scelerate usurpabant, iussit ubique trucidari, alias si qui vel arces vel oppida oppugnanti paululum preter debitum restiterunt, illos irremissibili affect poena, caeteris in rebus meruit clementissimus appellari.

### De eius venacionum atque aucupiorum studiis.

(**Fünfunddreißigste Federzeichnung.** In einem Thale, auf beyden Seiten von hohen Felsen begrenzt, beschäftigt sich K. Maximilian mit der Hirsch- und Gemsenjagd und mit der Reitherbeize, wo er sich in dem Erklimmen der Felsen und Verfolgen des Wildes stets als der Erste zeigt, und einen, in dem ausgespannten Nege gesangenen Hirsch mit seinem Speere erlegt.)

Venacionibus et aucupiis omnis generis usque a puericia adeo deditam mentem habuit, ut cum primum sensit se vel animo vel corpore grauari repente equum inscenderit, ac vel aucupio vel venacione totum frequenter sine cibo et potu absumpserit diem, crebro summo aestu seu intensissimo gelu autibus vel feris vacavit, ut et venatores et humilia seruicia rerum tedium in tabernas clanculum secederent, et si qua fera forte obiecta aut a canibus adacta est, eam primus solusque (graui indicta poena nequis suorum sagitta ferriret beluam) telo aut mucrone peciit, ut a suis periculi timore grauiter nonnunquam obiurgaretur, sed nec ab inaccessarum rupium aditu, quas silvestrium caprarum causa concidit, deterripi potuit, ad alpes abruptas decem stadiorum precipicia in vallem defundentes se uno duobusve ad summum comitibus angustiorem duabus pedibus semitam demisit, in beluainque ex aduerso vestigiis fixam venaticam lanceam defixit, quo audacie genere cunctos etiam aulicos suos superauit, ac undequinquagesimo forte etatis sue anno ita exercuit, ut vna venacione trecentas sexingentasve capras caperet.

### De eius hasticis certaminibus.

(**Gehäubdreyßigste Federzeichnung.** K. Maximilian hält auf einem Stadtplatz zunächst des Thores ein Turnier, wo er sich vor den anwesenden Rittern und vielen Bewaffneten als der Erfahrenste im Turnier-Gefechte zeigt, und so eben seinen Gegner mit dem Speere aus dem Sattel hebt.) — Ober der Zeichnung steht: Lyber laudis post mortem.

Sed et hasticis certaminibus usque ab adolescencia feruentissimam operam dedit, atque adeo perite hasta lusit, ut nec inter domesticos nec exterios parem habuerit, solitus est omni armature vestium ornamentorumque genere, ingenti trabum mole, non modo principibus et nobilibus, sed infimi generis satellitibus quounque stratagemate militari munitis congregi, nonnunquam solo capite, foeminibus et libiis ferro tectus, sine lamina pectorali, scutum acneum ante se ferens, alio scutifero sed exactissime armato, citatissimo equo occurrit, ut et ex hastarum iecibus et volatilia scuta et ferra

menta omnia disrupta decem cubita in aera exilirent, huius militaris ludi cum non tam fuerit cultor et exercitator, quam abolita veteri armorum forma inuentor, eo omnibus Germanie principibus normam et instituta militandi prestitit.

### De eius spectaculis.

(**Siebenunddreißigste Federzeichnung.** K. Maximilian sitzt mit vier hohen Standespersonen beyderley Geschlechts zur Tafel, während dem Mahle näheren sich mehrere männliche Maßlen in spanischer Tracht der Tafel.)

Non minori studio desudauit in spectaculorum peregrinas disciplinas, quas et primus a Gallis et Morinis mutuatus, superiori in Germania et docuit et exercuit, non modo veterum res gestas, modos saltandi pugnandi et ludendi, veteri ornamentorum vestium et armorum forma, representauit sed noua ludorum et inaudita et innisa portenta in medium effinxit, spectatoribusque in propatulo exhibuit, ac ingenti semper impensarum stipendio, namque constat eum, prima coniuge in humanis agente, dena milia nummorum aureorum unum in spectaculum absumpsisse. Caeterum ingruente temporum solennitate aliqua et coniuandi diebus conuocatis ex prouinciarum aliquo tractu omnibus nobilibus matronis et patriciis urbium foemini sumptuosissima celebravit epula, quibus centum ducentiue ferculorum missus adhibiti sunt, at in aulicorum snorum nupciis consuevit frequenter conmutatis vestibus in gencium aliquarum ritum personatus coram populo saltare. Qua humanitate atque liberalitate sibi multum fauoris tum principum tum populi precipue foeminarum conciliauit.

### De eius literariis ocii presertim cosmographie et historiarum studiis.

(**Achtunddreißigste Federzeichnung.** K. Maximilian von mehreren seiner Hofleute und einer Leibwache umgeben, bespricht sich mit einem fremden Fürsten über den Globus, welcher von einem Manne, zwischen den beyden hohen Personen stehend, gehalten wird.) — Unter der Zeichnung stehen die Worte: nota iiiij. figuræ.

Caeterum litterarium ocium non intermisit, nam quo ciens a rerum administracione admissus est, vel scripsit, vel amanuensibus suis aliquid ad calamum dictauit, tamen cosmographie et historiarum veritati precipuam operam impendit, quas etiam ad ostentacionem regiarum disciplinarum, in omnibus principum contuberniis, potissimum

inter aduenias consueuit in medium proferre, locorum situs, terrarum et marium condiciones e Ptolomei tabulis ad punctum commonstrans, maiorumque suorum res gestas verbis curiosissime attingens, vnde et eos principes summo duxit esse odio dignos, qui et res suas et maiorum suorum negligencia et socordia preferirent, affirmans, nullum principem, reipublicae saltem amatorem, debere tam salubrem rerum cognitionem, e qua virtutum constituerentur alimenta, in obscuro habere, eam esse causam euersionis multarum florentissimarum rerum publicarum, quod principes rudes et ignavi atque omnium ingenuorum disciplinarum expertes in eis versarentur.

---

### De eius subtilitate ingenii, scienciarum varietate, rerum experienciis, et libellis quibusdam, quos latine compo- suit et ornate.

Qualis ingenio fuerit, commonstant eius elegantissime lucubraciones, quas me ab ore eius excipiente dictamina, plurium crebro principum cubiculariorum et amanuensium suorum presencia aeditit, nam et hec extant apud me eius ingenii monumenta, commentaria imprimis de rebus suis gestis, deinde libellus de naturis animalium et variis rerum experienciis, tum codicillus de prouerbiis et pleraque alia vaga scripta, que solitus est, quocumque tempore, quo sibi a rebus imperii necessariis tantum oculi concessum est, ludi tesserarum loco, precipua animi recreacione frequentare, sub prandiis tamen potissimum et coenis, nonnunquam in venacionibus, forte ad arcendas ab se cum aulicorum tum exterum molestias mihi vni a secretis suis materiam dictauit ad calatum, rerum tam recenti memoria, tanta lingue promptitudine, verborum elegancia, sentenciarumque concinnitate, ut doctissimus ac sapientissimus quisque a tanta rerum maiestate in stuporem et admiracionem facile verteretur, consueuit et hec simul agitare, comedere, bibere, dictare, ac omnibus, quibus negocia erant, prestare audientiam, denique singulum quemque responsi et expedicionis certitudine afficeret.

---

### De eius excellentissima memoria varietateque sermonis et eloquencia.

(Neununddreißigste Federzeichnung. R. Maximilian in Gesellschaft vieler Männer, mit denen er sich in ihren eigenen Sprachen unterhält, und über mannigfaltige Gegenstände bespricht.)

Tam excellentissime fuit memorie, ut minutissima queque et ante plures annos acta tenacissime teneret, quinino et ea que in primis prope cunabulis gesta sunt inter notos et familiares quandoque in conuiuis recentissime enarraret, alioquin cum quempiam primis noticie retibus coepit, eundem non solum memorie conceptaculis semper continuuit, sed post longa temporum interualla, elapsis mente (ut fieri solet) lubricitate humana nomine forma figura et omni alia corporis qualitate, et nomine vocavit et quid tum, cum in noticiam regis peruenit, gessisset, certissime recensuit, sic, que in scholis hausit, sine memorie intermissione adulta in etate ita exacte et ad vnguem recipiit, ac si ea ante triduum edidicisset, haud commemoro multiplicia sermonis genera, que quasi sua natalicia proprietate expressit, Gallum, Italum, Hispanum, Illiricum, Morinum et Anglum et intelligens et alloquens et facunde et expedite, cum in ipsa prope infancia, quociens curatorum oculis euanuit, obscuris in schulis inuentus sit, seruos et scoparios alienum proferentes sermonem disputationibus conuincere.

---

### De eius affabilitate, humanitate et erga omnes libera audiencia.

(Fierzigste Federzeichnung. R. Maximilian gibt in Gegenwart von Bischöfen, Fürsten und andern Hofsleuten Audienz, wobei ihm zwey knied ihre Bittschriften überreichen, und er einen davon halbvollst aufhebt.)

Nemo eum vñquam manifestis signis aut verborum aut factorum insolencie crimen arguere potuit, tam humana verba in omnes, etiam insimi generis homines, scoparios claustrarios aedituentes et alios largissime effudit, clementissime etiam eorum supplicationes querimoniasque de aliorum iniuriis exceptit. Vnde duas tresve in die staciones ad audiendas priuatas causas celebravit et si quem pudor corripuissest, eundem sua sponte ad se vocauit, atque ad negotiis sui declaracionem prouocauit, nec vñquam vel admodum raro supplices in terram prostratos tam deiecte audire voluit, propriis subleuauit manibus, atque erectos ad sacietatem audiuit, in publicis preterea principum stacionibus aut progressibus a por-

rectis supplicacionibus, nisi aut colloquio principum, aut alio negocio interciperetur, manus nunquam retraxit, pocius se regia ex sede erga inopes inclinans ingruentem eorum necessitatem fideli narracione edidicit, euocatoque e suis aliquo qui patrocinaretur pauperes vberime consolatus est, alioquin si rerum postulante necessitate, aut forte fragilitate, biduo conclauatus permaneret, ultra id tempus ad se aditum raro interclusis, tum equo se animo et libere passus est adiri.

### De eius pacientia ineffabili et prope diuina.

(Ein und vierzigste Federzeichnung. R. Maximilian von einigen seiner Leibwache und anderen Bewaffneten umgeben, steht in der Mitte zwischen zwey Bewaffneten, die mit Maximilian, ihren Geberen nach, im Streite verwickelt sind, und einem der Leibwache, der mit gesenkter Hellebarde auf sie einzudringen bereit steht.)

Animi fuit per omnes aduersitatum gradus pacientissimi, nulla iniurie mole vnuquam ita obrutus est, ut ad indecora impaciencie signa, mentis excessum, tumultuarios corporis gestus, capitis et manuum importunam circumiectacionem, lingueque petulantem lapsum commoueretur, sed obprobria et contumelias, si etiam in faciem contingenter, equo animo ferens, ac etiam in optimam partem semper exponens et cum assiduis quassaretur fortune impugnacionibus, ab eius spiculis prope immobilis perstilit, nulla fortunarum iactura, nullo hostili insultu, nec aliquo minarum, vulnerum, aut mortis terrore confici potuit, sic cum eius in principatum terribiles incidenter calamites et rariores casus quam vel in parentis eius, vel cuiuslibet alterius superiorum imperatorum imperandi difficultates crassati sunt, sic cum fortuna et fatis pugnauit, ut eorum tela prope equalibus ictibus recuteret et in tantum per omnia paciens, ut ei etiam hec virtus in summum cederet vitium.

### De eius irremissibilibus laboribus et laborum sustentacionis pacientia.

(Zwey und vierzigste Federzeichnung. R. Maximilian sitzt zwischen zwey seinen Hosteute zur Tafel, welche Beyde, ihm sehr genah, heimlich mit ihm sprechen; vor der Tafel stehen drey Personen, wovon zwey, mit Schreibtafel versehen, das vom Maximilian Gesprochene aufzeichnen, und ein Dritter naht sich der Tafel, etwas in der Hand haltend.)

A laboribus nunquam ita vacauit, ut se sine molestia incursioneque negotiorum dispensatorum cubitum transferre somnumque

ultra dimidium constituti a natura temporis transigere potuisset, nec cibum et potum tranquille capessit, sed ut tempore prandii aut coene vigesies inquietaretur, mane cum primum e somno euigilauit, amanuenses presto, tumultuaria negotiorum agitacione, eum usque in terciam aut quartam horam afflixerunt, inde publica audiencia, vel priuatis consultacionibus affixus, vix dimidium hore concedere potuit religioni dumque hinc ad prandium aut coenam refugeret, ingencia certamina ad fores regiarum aurium commissa sunt, quiuis primus esse negociumque suum regie noticie ingerere contendit, sed et post remotas mensas tota affluxit turbulentissima curia regis in faciem, qua intranquillitate mediā usque in noctem perducta, vixdum cubiculariorum diligencia, qui tumultus procellas nonnunquam vi abigebant, breuem admodum quietem adeptus est, quam etsi sepe etiam opportune conquereretur, tum per semetipsum ancupiorum et venacionum sollicitudine crebro interrupit, multis se aliis cum domesticis tum externis temere molestans occupacionibus, res etiam familiarissimas, quas humiles domini despicerent, popine, celle vinarie et stabulorum ingrantes\*) curans.

### De eius naturali industria in cognoscendis naturis moribus et condicionibus hominum, inuenientisque nouis rebus et plurium manualium artificiorum pericia.

(Drey und vierzigste Federzeichnung. Eine große Werkstatt, worin ein Hoch- oder Schmelzofen im Gange ist; R. Maximilian da gegenwärtig, steht mit einer langen eisernen Stange den Schmelzofen an, und das Metall fließt in die von dem dagegen stehenden Arbeiter bereitete Sandvorlage; ein Anderer sitzt auf einer Drehbank, um eiserne Pfeile zu fertigen; im Hintergrunde wird in Gegenwart Maximilians mittels eines Flaschenzugs eine Kanone auf einen Wagen gehoben, auch werden von einem Mannen Lanzenstäbe gemacht.)

Deprompsit et ex nature summe maiestatis penetralibus, hunc archanum et preciosum industrie thesaurum, ut primo hominis aspectu plerasque animi qualitates exacte definiret, aduentiorum vero virorum regium famulatum efflagitancium mores et conditiones post breue consuetudinis et periculi tempus ita certissime attingeret, ut vnicuique etiam secundum sue inclinacionis conjecturas congruum ingrantium in aula, aut foris in exercitu conuenientem curam assignaret, nec alio sineret occupari exercicio, sic amanuensium opera, secundum cuiusque ingenii proprietatem, vsus est et aliorum omnium aulicorum studio, quoque in suo genere; in excogitandis vero, qui-

\*) Sie im Original.

buscunque in rebus, nouis inuenzionibus adeo ingeniosus et agilis fuit, ut quoruncunque excellentissimorum opificum et ingenium et manus preueniret, bellicas mahinas in minutis partibus resoluere, sineque magno labore, atque ingenti hominum et equorum trepidatione, paruis viribus bigis aptari et quoconque fert voluntas faciliter deduci primus inuenit, excogitauit et Germania superiori ferreorum globorum in expugnandis locis vsum et quicquid est hoc nostro aeuo bellicis in rebus rarum nouum et atrox. Sic ad pleraque manualia artificia ingenium acomodatissimum habuit, que manibus etiam suis peritissime exercuit. Quippe sagittas ex ferro ea cussit facilitate, ac si se a iuuentute in hac arte exercuisset.

### De eius fortuna in rebus bellicis.

(Vierundvierzigste Federzeichnung. Eine Stadt an dem Fuße eines Felsens, auf dessen Rücken eine Festung steht, ist durch einen Strom von einer Seite des Landes getrennet und im Belagerungsstande; an dem dieweitigen Ufer steht ein von einer Wagenburg umgebenes Lager, und der Stadt gerade gegenüber sind Kanonen, von Sandkörben umstellt, aufgefahren. Vor den Gezelten steht K. Maximilian mit Mäheren, in dessen Ge- genwart mehrere Hinrichtungen durch das Schwert vorgenommen werden.)

In rebus bellicis fortunatissimus fuit, adeo ut nullum ei pro pugnaculum, contra quod bellicas mahinas tenderet, diu resistere posset. Nempe arces munitissimas et prope inaccessibles atque inexpugnabiles usque ad solum diruit, et plerasque opulentissimas et populosissimas vrbes breui temporis intercapidine expugnauit, nec temere hoc, omnia enim suo est moderatus ingenio industria atque excubiis, nil instar Julii Caesaris actum credens, cum quid superset agendum, vnde et bellicas mahinas per semetipsum et infudit et in opus, sicut aggeres fossas et valla, promouit, cum vero expugnacione laboratum esset, vna primis militibus vel muros vel valla concendit, sicut in campestribus certaminibus primo ut plurimum ordine constitit, primusque hostium acies diremit, vndeconque sane hunc prosperitatis radium hauserit, an militaria stratagemata tanto pere calluerit, quibuscumque se proeliis immiscuit, eadem semper fluxerunt foelicem et letum in exitum.

### De statura corporis eius.

(Fünfundvierzigste Federzeichnung. K. Maximilian sitzt in einem Saale erhaben, unter einem Thronhimmel im kaiserlichen Ornat; in der linken Hand das Szepter haltend, über ihn prangt der kaiserliche Adler; rechts zu seiner Seite sitzen drey geistliche, links drey weltliche Thürfürsten; vor ihm knien zwey Personen, der Eine im Mantel mit Farbpallette und Pinsel versehen, mahlet auf die, von dem Andern gehaltene Leinwandrolle das Bild des Kaisers.)

Forma fuit per omnes etatis gradus excellens, tranquillo vultu et sereno, fulgencium oculorum et siderei quasi vigoris quibus etiam insuit aliquod amoris illicium ut ab omnibus tam viris quam mulieribus diligenteretur, capillos habuit leniter passos, atque ad humeros usque demissos ita ut ceruicem etiam obtegerent, nigricanica supercilia, mediocres aures, nasum a summo deductiorem et ab imo eminenciem, colorem aquilinum inter candidum sanguineumque medium, iustum statuam articulis firmis, ut hastam decem cubitorum extensa palma sine alterius manus ministerio in altum portrectam ferret, incessit cervicē erecta, frequens sermone, nunquam tacitus inter familiares, nisi aliquid negotiū ingrueret, necessitate afferente taciturnitatem, valitudine prospera tempore vite pene totū vesus, medici raro ad latus fuere; pilosus in pectore, manus insuper pulcherrimas habuit, tantaque postremo fuit membrorum omnium aptitudine, ut neque quispiam principum sui temporis superarit eum optima constitutione corporis.

(Sechsdundvierzigste Federzeichnung. Der Kaiser im Gespräch mit drei Sternbeutern, welche ihn aus den am Himmel sich zeigenden verschiedenen Sternen und Zeichen weissagen. Am Himmel zeigen sich zwey rothe Männer, etwas haltend, zu beydien Seiten derselben sind zwey geharnischte Männer zu Pferde, die mit eingekleideten Speeren gegen einander strengen; die Sonne von einem rothen Streif umgeben, ein Komet mit einem langen Schweife; auch sieht man viele verschiedenartige Kreuze, Lanzenspitzen und grosse Steine zur Erde fallen.)

Postquam gubernacula imperii decrepita Friderici terciī imperatoris etas in validas filii vires transtulerat, principatum e nestigio plura portentosa de coelo signa inuaserunt: imprimis crebri lapides instar grandinis, formam et figuram crucis, ac etiam conceptaculorum, quibus sanctorum reliquie contineri solent, commonstrantes aethere in terram apud Vindelicos; apud Hercuniatas ponderis aliquot librarum deciderunt.